



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis**

**Palma, Luis de la**

**Antverpiae, 1637**

Materia eiusdem circa Exercitia spiritualia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50934)



mò , Se non laudare, nec de se suisque rebus loqui ; nec velle innotescere , si charitas & obedientia hoc non imparent. Secundò, Suos defectus non excusare. Tertiò, Nec directè nec indirectè honorifica prætere, sed sui obliuisci, seque committere alienæ dispositioni. Quartò, Sine morâ cogitationibus vanis occurrere.

MODESTIA. Non agitare leuiter caput ; manus seruare quietas ; non corrugare frontem aut nasum ; in cachinnos non prorumpere ; pileum reliquumque vestitum habere decenter composita.

*Circa Exercitia spiritualia.*

Primum , Fecisse distributionem temporis in rebus quæ meo arbitrio relinquuntur, eamque exactè seruare. Secundum, Omnia Exercitia spiritualia, quantum fieri poterit, suis horis facere. Tertium, Seruare in illis accuratè additiones & instructiones, &c.

Quoad



Quoad MINISTERIA; Primò, Ea exactè facere, non se excusando, nec onus in alios reiiciendo, nec habendo acceptionem personarum. Secundò, Defectus suos circa suauitatem, maturitatem, rigorem, & negligentiam seu remissionem, &c. diligenter examinare, & remedio inuigilare.

Quoad RECREATIONES; Firmiter statuere, nullam velle sine rei utilis narratione recreationem transfigere, multoque minùs, si extra recreationum tempora cum domesticis aut sæcularibus agendum sit.

*Circa Exercitium virtutum.*

**A**ctiones virtutum aliquæ sunt exteriores, aliæ interiores: & utrarumque producemus exempla, ut de illis examen particulare fieri possit, certas sibi vices præscribendo, quibus tales virtutum actus tam manè quàm vesperi erunt exercendi.

ACTIONES EXTERNÆ HUMILITATIS sunt: Prima, Demissè de se loqui, vel